

stinguam littera u. Vertat tunc corpus in semicirculo, et in superficie eius feriat, usque dum obiectum (E), et ea in una eademque recta videantur. Observet quoque contactum unius eiusdem stellae, tempore aliquo t, quod distat ab altero, spatiolo temporis $u - t = w$, ex quo angulus aberrationis λ , ex formula §. 3. E elaborata deducitur. Est nempe

$$\frac{\eta + \lambda}{\cos E} = \frac{1}{2}w \cdot 15 \cos \delta; \text{ ergo } \lambda = \frac{15 \cdot w \cos \delta \cdot \cos E}{2} - \eta.$$

Tali modo etiam agamus cum telescopio in quadrante fixo, ut accipiamus angulum aberrationis κ .

Finita hac operatione inquirat deviationem axium tuborum a pendulo appenso.

Vertat telescopia ad obiectum longissime remotum, attendens locum indicis in limbo, quem arcu aliquo e, a linea principali abstantem vidit; erit igitur $\alpha + \beta = e$.

Deinde ex §. 3. D aberrationem κ , a pendulo inveniat.

Ea autem est connexa cum aberratione E fiduciae lineae a pendulo, quam nunc exauriamus.

Verticaliter ideo erigat corpus, ita ut pendulum locum suum destinatum occupet, notetque in extrema parte limbi punctum aliquod (i), quod filum penduli in eo secat. Sit etiam obiectum (E) aliquod longissime distans, ad quod in hoc exemplo axis fixi telescopii tendat.

Convertat nunc totum corpus circa axem suum in centro gravitatis applicatum, et obiectum (E) nunc telescopio fixo accuratissime feriat; immoto instrumento denique ex loco (i) in limbo antea picto, demittat pendulum, probe atten-

atten-